



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 126. Papa apoplexia tactus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. approbavit Societatem seu Confraternitatem, quæ nuper Romæ erecta de Misericordia nomen acceperat; instituta est ad pie consolandum noxios ultimo supplicio addictos, curandamque horum corporum sepulturam, ejusque Sodales summus Pontifex multis privilegiis atque indulgentiis auxit.

§. CXXVI.

Papa apoplexia tacitus.

*Onuphr in
vit. Innoc.
VIII. sub
fin.*

Paulo post idem Innocentius Papa, ex apoplexia in lethargum incidit, horisque fere viginti quatuor sine sensu, sine arteriarum motu, ac sine rationis usu immobilis perstittit, cumque fama jam mortis ejus quaquaversum perlata esset, Cardinales de ordinandis circa Successorem convenerant: Ast cum aliunde firma corporis affectione polleret, & nonnulla accederent medicamenta, spiritum resumpfit, non tamen ita convaluit, quin semper deinceps minus aptus esset negotiis.

naldum ad primam Septembris diem hanc approbationem rejecisse afferat, haud capimus; ipse enim ad hunc annum num. 23. disertis verbis inquit: Confirmata hoc anno est ab Innocentio X. Kal. Septembris &c. quis autem ignorat hanc diem esse vigesimam tertiam Augusti.

tis. Hujus morbi caussam adscribabant Sæcul XV.
nonnulli subito terrori, quem conceperat A.C. 1490.
ex fulmine, quod æris campani turrim
concusserat, & in cubiculum Archiepis-
copi Cosentini tum Romæ agentis dela-
plum est. Dum interea Cardinales sum-
mum Pontificem fatis functum credide-
rant, provide pecunias, ne prædæ pate-
rent, in securitatis locum deferri cura-
bant; reperta enim fuere decies centena
millia nummum aureorum qui de deci-
mis in usus belli Turcici, & Neapolitaní
adversus Ferdinandum collecti fuere.

§. CXXVII.

Viri Apostolici in Regnum Congi a Lusitano Rege missi.

Cum Anno salutis millesimo quadrin- Spond. ad
gentesimo octogesimo quarto Jaco- an. 1484. " " "
bus Canus patria Lusitanus regnum Con- & ad ann.
gi detexisset, Joannes Lusitanæ Rex pau- 1491. num. 7.
lo post Consalvum Sosam cum quibus-
dam navibus eo decrevit, ut novas i-
dentidem terras inveniret. Ubi is Azo-
rium appulsus est, hujus ditionis Prin-
ceps sacrum Baptisma cupidissime suscep-
pit, Emanuelis nomen adeptus; utque
se religiosissimum mox susceptæ fidei cul-
torem profiteretur, in sua Metropoli Ec-
clesiam sub titulo S. Crucis erigi curavit.
Rex Lusitanus, ut faustas hasce reli-
Ee 2 gionis